

firmatam; ex nunc prout ex tunc per presentes nullam pronuntiamus et declaramus. Datum ut supra.

1426) Lo stesso Patriarca nel 1536, 19 Giugno, Lunedì, fece ancora la seguente Costituzione. Ibid. 193.

Mandatum Patriarchale.

De forma electionum Titulorum : et ut electi se presentent suæ R:^{ms} Dominationi.

Hieronymus Quirino P:^r Venet. ec. Recessurus ab hac civitate Venet. volens aliqua mandare et committere R:^{do} D. Vicario suo, in primis eidem mandavit et commisit ea omnia, quæ alias in recessibus suis a civitate Venetiar. mandavit et ordinavit fieri et expediri, ad quæ brevitatis gratia se remittit, et specialiter quod omnes electiones Titulorum, et maxime Subdiaconorum fieri non permittat, nisi servata forma Sacrorum Canonum, et præmissis debitis tractatibus de eligendis personis idoneis, et quod nullo modo per Capitula et Electores eligi debeat aliquis, qui electionem praticaverit in se fieri, per se vel interpositas personas, vel eam mendicaverit per medium potentiorum, ad effectum consequendi desiderium suum de jure reprobum. Et hoc sub pœna excommunicationis. Et generaliter commisit sibi omnia alia sibi in generali commissa.

Idem R:^{mus} D. Pa:^a intendens ex debito sui juramenti, quantum in se est et potest, auctoritatem et jurisdictionem suam ordinariam conservare, commisit mandari, pont mandat cuicumque qui electus fuerit ad aliquem titulum in Ecclesiis civitatis Venet. confirmata electione sua per se sive ejus R:^m Vicari:^m et facta investitione, quod sub pœna privationis Tituli ad quem electus fuerit, et aliis pœnis ad arbi-